



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

8 Ordine non sumpto tua te probra facta repellent.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

In edictibus autem conciliorum Parisiensibus de Colemanibus habetur, & a sex Presbyteris, & tribus Diaconis; quemadmodum & in multis Gratiani manuscriptis.

C. V. De eodem.

Item ex concilio Carthagenensi tertio, c. 1.

Si autem Presbyteri vel Diaconi fuerint accusati, adiuncto sibi ex vicinis locis proprius Episcopus legitimo numero collegarum, quas ab eodem accusati petierint, id est, una secum in Presbyterii nomine i. sex. in Diaconi tribus, ipsorum causas discutiat, eadem diem d. & dilationum, & a communicatione remotiorum, & discussione personarum, inter accusatores & eos qui accusantur, forma servata, reliquorum autem clericorum causas etiam solus Episcopus loci agnoscat & finiat.

¶ Nomine] Sic in ceteris edictibus impressis & manuscriptis, præterquam in editione Colemanis quatuor tantorum, in qua habetur, Presbyteri nomine quinque, in Diaconi duobus. 2. pars. Solus autem ad exclusionem aliorum Episcoporum, non solum clericorum dicitur, sine quorum presentia eius sententia erit irrita.

C. VI. Abq. presentia clericorum nullus causam Episcopus audiat.

Unde in concilio Carthagenensi quarto, c. 23. legitur.

Episcopus e nullus causam audiat absque presentia suorum clericorum: alioquin irrita erit sententia Episcopi, nisi clericorum presentia confirmetur.

C. VII. Nisi synodo canonice vocati sacerdotes damnari non possint.

Item ex concilio Hispanensi secundo, c. 6.

Episcopus si sacerdotibus se ministris solus honorem dare potest, auctore solus non potest. Si enim hi qui in seculo à dominis suis honorem libertatis adepti sunt, in servitium jugum non revocantur, nisi publice apud prætoris ac præsidis tribunal in foro fuerint accusati: quanto magis hi qui divinis altaribus consecrati, honore ecclesiastico decorantur? Qui profectò nec ab uno damnari, nec uno iudicante poterunt honoris sui privilegis exui: sed presentati synodali iudicio, quod canon de illis præceperit, definiti.

QUESTIO VIII.

Ultima vero quæstio sic statuta est in concilio Neocaesariensi, c. 9. & 10.

C. I. Presbyter, qui ante ordinationem confiteretur se peccaverit, postea non offerat.

Qui b admittit corporale peccatum, & hic postea Presbyter ordinatus est, si confessus fuerit, quod ante ordinationem suam peccaverit, non quidem offerat, maneat autem in aliis officiis propter i eius studii utilitatem. Nam cetera peccata censuerunt plurimi etiam ordinatione privari. Quod si de his non fuerit confessus, nec ab aliquibus potest manifeste convinci, huic ipsi de se potestas est committenda. Similiter & si Diaconus in eodem culpa genere fuerit involutus, sese à ministerio cohibebit.

¶ Propter eius studii utilitatem] Græcè est, διὰ τῆς ἡμετέρας ἀποδοχῆς, id est, propter studium ac diligentiam, quam ceteroquin adhibet.

¶ Privari] Græcè legitur, τῶν ἡγεσθῶντων ἀφαιρεσθῆναι, id est, manus impositionem dimitti, quemadmodum scribitur.

a Ancl. c. 23. Burch. l. 2. c. 209. Ivo p. 6. c. 280. b cum proprio Episcopo. c al. discutiunt. d al. diem dilatione. e Burch. l. 1. c. 14. Ivo p. 5. c. 214. f Supra, ead. cap. sexta athenæ & distinet. 67. Episcopus. g al. personam non revocantur. h Rabanus lib. panit. c. 1. Poly. l. 4. tit. 39. Burch. l. 2. c. 299. Ivo p. 6. c. 109. Pamm. l. 4. tit. 1. Cap. 12. abid. i al. tamen.

veritè Dicoysus cuius confessionem ceteri collectores altaris tamen clausula omissa. Nam hæc verba, quem Gratianus adhibet, est prisca, quæ est in collectione Iydræ. Ita ex his veris hinc ha clicitur sententia, atq. auctor gl'osa patuit.

C. II. Deservientes altari, si carnis fragilitate deliquerint, Episcopi altari subjacent.

Item ex concilio Ilerdensi, c. 7.

Hi qui altario Dei deservierint, si subdò in carnalis fragilitate corruerint, & Domino relictò, dignè poenituerint, ita ut mortificato corpore cœlesti triti sacrificium Deo offerant, maneat in potestate presbiteris, vel veraciter afflictis non diu suspendere, sed ad diosios prolixiore tempore ab ecclesiæ corpore sequestrati tamen ut sic officiorum suorum loca recipiant, ita sint ad altiora officia ulterius promovendi. Quod si ratiò vel canes ad vomitum reverti fuerint, & in voluntatis luti jacuerint, non solum dignitatem careant, sed etiam sanctam communionem nisi non percipiant.

C. III. Ex ministris ecclesie geniti, in servitium devocentur ejusdem.

Item ex concilio Tolitano 9. c. 1.

Utm b multæ superincontinentia e ordinati eorum hæctenus emanaverint sententia pænitentiæ nullatenus ipsorum reformari quiverit correctio, usque adeò sententiam iudicantem protrahere causa culpæ, ut non tantum ferretur ultio in delinquentem, verum & in progeniem damnatorum. Item quilibet ab Episcopo uique ad subdiaconum decesserit vel ex ancilla, vel ex ingenuæ detestando concubitu honore constituti filios procreaverint, illi quidem geniti probabuntur, canonica censura damnati, proles autem aliena a pollutione nata, non hereditatem e nunquam accipiet, sed etiam in hereditate ejus ecclesiæ, de cujus sacerdotis vel ministris geniti sunt, jure perenni manebunt.

C. IV. Qui constituitur sine ordinato, castus, non sacrificet: convulsus autem deponatur.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 10.

Si quis Presbyter ante ordinationem peccaverit, non offerat, sed tantum pro religione nocere poterit potest. Si autem non ipse confessus, sed ab alio publice fuerit convictus, nec hoc ipsum habebit, ut Presbyteri potest. Similiter & de Diaconis ordinatum est, ut si ipsi confessi fuerint, ordinem Sacramentorum accipiant.

C. V. De manu sacerdotis, qui ab ecclesia separatur, licet sacramenta faciantur.

Item Nicolaus ad consultiu Balsarum, c. 10.

Si quis in adulterio, sive de hoc sola. Intra confessus est, debeat communionem suscipere, nec respondere. Non potest aliquis, quædam utique periculosa sit, sacramenta divina poluere; quæ per singulas cunctarum contagionum existunt; nec potest aliud diu per cloacas & latrinas transiens, aliquis eorum contaminationis attrahere. Proinde qualiterque contaminatus sit, quæ sancta sunt, coinquare non potest. Circo ab eo, ulque quo iudicio Episcoporum, si per communionem percipienda est: quoniam mali hominis

a Dist. 10. hi, qui altario, Rabanus l. panit. c. 1. Burch. l. 2. c. 209. Ivo p. 5. c. 27. b Ivo p. 6. c. 221. c al. immunda. d tali. e al. hereditatem parentum. f In cap. Martini. car. Ex conc. Neocaesari. c. 9. Et 10. Burch. l. 2. c. 21. Ivo p. 6. c. 109. l. 3. c. 170. g al. retineant. h Extra de vitæ. c. 1. Ivo p. 6. c. 109. Pamm. l. 4. tit. 1. Cap. 12. abid.

ministrando de tantummodo sedunt: & cerea: i fax ac-
 censa sibi quidem detrimentum præstat, aliis vero lumen
 reoribus administrat: & unde alius commodum exhibet,
 inde sibi dispendium præbet. Sumite ergo in trepidi ad
 omni facere de Christi mysteria: quia b omnia fide e
 Christi purgantur. *Item d est enim, quæ hunc mundum
 vincit: & quia non dantis e, sed accipientis sit, dicen-
 te f beato Hieronymo 2: Ad credendum in anima om-
 niu baptisimus est perfectus: & in omni facere de corpus
 Christi est perfectum.] Qui rursus facit scripture g
 concordans ait: [Præquam audias, ne iudicaveris quem-
 quam: atque ante prolationem accusationis illata ne-
 quitiam a tua communione suspendas: quia non flati-
 m, qui accusatur, reus est, sed qui convincitur, crimi-
 nosus.]*

1 ¶ Et cerea. Antiquit. &c. Restitutio est ex origi-
 nali, ex quo alia etiam sunt erodata & addita.
 2 ¶ Hieronymo] Est in epistola de septem gradibus quem-
 admodum & quod sequitur, priusquam audias, &c. est ibidem
 scriptum.

CAUSA XVI.

Valam Abbas habebat parochialem ecclesiam: in-
 stituit ibi monachum, ut officium celebrare populo:
 possit eam per quadraginta annos sine aliquo in-
 terpellante: eadem querela adversus Abbatem
 movetur a clericis baptisimus ecclesie, in cuius dia-
 cesi parochiana ecclesia consistebat.

1. Hæc prima queritur, utrum monachus liceat populi officia celebrare, parochianis dare & baptizare.
2. Secundo, si quædam capellam habere Episcopi beneficii, an ab eis sui infirmata, an ab Episcopis.
3. Tertio, an per dissolutionem præscriptionis tollantur.
4. Quarto, si quis ad verus ecclesiam præscribat, an etiam monasterium ad verus ecclesiam præscribere possit.
5. Quinto, si capellam in suo territorio adificationem iure territorii sibi vendicare valeat.
6. Sexto, si Archiepiscopus vel Episcopus sua auctoritate, non iudiciali iuncta capellam illam arripserit, an eadem a causa: ut ecclesie, cui præfuit, non ultra habeat ius repositum, quod sine patris illius usuarium.
7. Septimo queritur, si laici capellam teneant (ut quibusdam mori est) & in manibus Abbatis eam restituerint, & ordinandum tradiderint, an consensu Episcopi & clericorum Abbas possit eam tenere.

QUÆSTIO I.

Quid monachi officia populo celebrare non possint, multis
 antientibus probatur: quarum prima est illa fan-
 tix Nicænz synodi, qua dicitur:
 Caput hoc nos, in prima Nicæna synodo, nos, in secunda hodie
 habetur.

C. I. ¶ Monachorum conversatio ab omnibus de-
 bet esse discretia.

Placuit b omnibus residentibus in sancta Nicæna sy-
 nodo, ut monachorum conversatio & vita secundum
 etymologiam nominis ab omnibus discrepet. Monachus
 enim græce, latine singularis dicitur. Unde monachum
 per omnia singulariter agere oportet. Quamobrem firmi-
 ter & insolubiliter omnibus præcipimus, ut aliquis
 monachus penitentiam nemini tribuat, nisi sibi invicem,
 in monasterio est: mortuum non sepelet, nisi monachum,
 in monasterio secum morantem: vel si fortuito quem-
 quam advententium fratrum ibi mori contigerit.

C. II. ¶ Monasterii districtiorem, & ecclesiasticam mi-
 nisteriam quilibet simul tenere non potest.

a alioquin. b All. 11. c al. in fide. d i. Ioan. s.
 c al. datus mortuus. f In epistola de septem gradibus, tom. 4.
 g. Ecl. 11. h. Anst. 1. c. 66. & 6. s. 21. q. Poly. 1. q. 111. 30.

*Item Gregorius Ioanni Ravennati Episcopo,
 lib. 4. epist. 1.*

Nemo a potest & ecclesiasticis obsequiis b deservi-
 re, & in monachica regula ordinate persolvere: ut i-
 ple monasterii districtiorem teneat, qui quotidie in mo-
 nasterio & ecclesiastico cogitur permanere.

C. III. ¶ Monachi, qui ad clericatum promovetur,
 a priori proposito discedere non debent.

*Item Innocentius ad Victricium,
 epist. 2. c. 10.*

De monachis, qui diu morantes in monasteriis, si
 postea ad clericatum ordinem pervenerint, statum
 non debere eos a priore proposito discedere.

*Si ergo (sicut Innocentius dicitur) a suo proposito eis discedere
 non licet, & sicut Gregorius restat, in monachica regula deontis per-
 sistere, & ecclesiasticis obsequiis simul deservire non possunt: patet,
 quod parochiana ecclesie monachi præfati non possunt.*

C. IV. ¶ Monachus non habet officium docen-
 tis, sed plangentis.

*Item Hieronymus ad Riparium Presbyterum, ad-
 versus Vigilantium.*

Monachus f non docentis g, sed plangentis habet
 officium: qui vel se, vel mundum lugeat, & Domi-
 ni pavidi præstetur adventum.

C. V. ¶ In populari frequentia monachi
 esse non debent.

*Idem ad Paulinum, de institutione monachi,
 epist. 13.*

Si b cupis esse, quod diceris, monachus, id est, solus,
 quid facis in turibus, quæ utique non sunt solumum
 habitacula, sed multorum: & infra. ¶ Habeto simplici-
 tatem columbae, ne cuiquam machineticis dolos, & ser-
 pentis astutiam, ne aliorum supplantaris infidiis. Non
 multum distat in vitio, vel decipere posse, vel decipi.
 Christianum e, quem senseris tibi aut semper, aut cre-
 bro de nimis loquentem (excepta elemosina, quæ in-
 differenter omnibus patet) invidiosum potius habeto,
 quam monachum. Præter victum & vestitum, & mani-
 festas necessitates nihil cuiquam tribuas: ne filiorum
 panem canes comedant.

C. VI. ¶ Monachus pascitur, clericis
 pascitur.

*Idem ad Heliodorum de laude vite solitarie,
 epist. 1.*

Lia & causa est monachorum, alia clericorum. Cle-
 rici pascunt oves, ego pastor: illi de altario vivunt,
 mihi quasi infestuosæ arbori securis ponitur ad radicem,
 si munus ad altare non deferto. & infra. ¶ Mihi ante
 Presbyterum federe non licet. Illi, si peccavero, licet me
 tradere / satanae in interitum carnis, ut spiritus salvus sit
 in die Domini Iesu.

C. VII. ¶ Non licet aliquid monachi agere sine
 Presbyterorum consilio.

Idem in ad Rusticum.

Ecclēsia n habet senatum ceterum Presbyterorum, si-
 ne quorum consilio nihil monachus agere licet. Ro-
 bosam o filius Salomonis ideo perdidit regnum, quia no-
 luit audire Presbyteros suos. Senatuum quoque Romani
 habebant, cuius consilio cuncta agebant: & nos habemus
 senatum nostrum ceterum Presbyterorum.

¶ Apud B. Hieronymum in commentariis ad e. 3. Esaiæ, unde
 hoc caput videtur acceptum, hæc leguntur. Robam filius Sa-
 lomonis ideo perdidit regnum, quia noluit audire Pres-
 byteros suos.

a Ivo p. 2. c. 118. b al. officii. c al. obsequii. d Poly-
 b. lib. Anst. 1. c. 67. e al. de vana. f Poly. lib. Anst. 1. c. 118.
 Ivo p. 7. c. 118. g al. de vana. h Ivo p. 7. c. 118.
 Pan. 1. 3. c. 117. i al. decipi Christianum. j Ivo p. 7. c. 118.
 Poly. lib. Anst. 1. c. 118. k Ivo p. 7. c. 118. l Ivo p. 7. c. 118.
 c. 1. Esaiæ. n Dausiedii p. 5. o 3. Reg. 14.